



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Honore, Dignis Vel Indignis, Jvste Vel Invste, Deo  
Semper Jvstissimo, Dato, Negato, Violato**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1650**

§. 11. Alius, qui dubitauit, An Deus esset, carcere emendatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48689](#)

S. Augu-  
stin. lib.  
soliloq.  
cap. 6.

sancti illius verbis illum placa: Domine lux  
mea, inimici mei de me fecerunt quacumq<sub>3</sub> vo-  
luerunt; percusserunt, nudauerunt, polluerunt,  
corruperunt, vulnerauerunt, & occiderunt me,  
quia recepsi a te: itemque: Domine quoniam  
tu es, qui fecisti me, noli exterminare me, tan-  
tum cade ut proficiam, non ut deficiam, tantum  
tunde ut producar, non ut comminuar. Hoc  
discrimen est inter testam & aurum; testa-  
cūm tunditur, frangitur; aurum etiam tu-  
sum extenditur. Sic homines pravi pœnis  
sunt peiores & pereunt; probati, cūm ca-  
stigantur, emendantur. Et multi malis do-  
cti, cum Ephræm mundo nuntium remise-  
runt; ne rursum peccantibus aliquid dete-  
rius contingenteret; vel saltem icti sapuerunt.

## §. XI.

*Alius, qui dubitauit, An Deus esset, carcere  
emendatus.*

Qualem egovirum cognoui, in quo eru-  
ditio cum ingenio certabat, qui cūm ad  
perpetuum carcerem damnatus, in se se de-  
scendisset, Dei cœpit agnoscere iudicia, ac  
me audiente ingenuè dixit, se in libertate  
constitutū cogitasse; enim uero, an Deus es-  
set, sæpe dubitasse. Carcer ergo, in quē alia  
de causa coniectus, de qua conuictus non  
est,

est, illi dubium exemit, & mentem reddidit. Nam vel ex hac pœna agnouit, esse Deum scelera punientem, neque vedit iam se diuino dumtaxat, sed etiam humano auxilio indigere. Custodia igitur illi Ichola fuit humilitatis, quam nisi didicisset, ligatis manibus & pedibus in carcerem æternum mittendus erat, quod ex quorumdam sententia ( licet nonnulli salutem eius in dubio relinquunt) Asæ regi plagis inemendato euenit. De quo legimus : *Ægrotauit Asa 2. Paral.*  
*anno trigesimo nono regni sui, dolore pedum ve-* <sup>16, 12.</sup>  
*bementissimo, & nec in infirmitate sua quasivit*  
*Dominum, sed magis in medicorum arte confi-*  
*sus est. Dormiuitq; cum patribus suis. Nequa-*  
*quam autem credibile est, eum cum patribus*  
*ad limbū abijisse. Debebat namq; Dominum*  
*quarere in infirmitate sua: idcirco enim im-*  
*mittit Dominus hominibus infirmitates, ut*  
*cum sua culpâ infirmantur, diuinæ opis*  
*imploratione fiant fortio-*  
*res.*

